



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXXVI. Ianuen. multiplici. De eadem materia, an fœminæ vel eorum  
descendentes veniant sub vocabulis generalibus, successorum &  
descendentium in cursu masculoru(m) agnatorum quoties Statutum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

## DE FIDEICOMMISSIS.

94

*Rub. Alexandrin. confil. 2.* Secundò quia non adest ulterior progressus substitutionum, unde in terminis juris communis juxta eam opinionem, quæ hodie absolute recepta est pro regula, ipsi filii in conditio-  
ne positi non censentur vocati; Et licet in Urbe ista vocatio resulteret ex statuto, attamen neque ha-  
bet ulteriore progressum, quia receptum est, cestantibus conjecturis, ex vocatione activa non in-  
ferri ad passivam; Tertiò quia non adsum illæ aliena-  
tiones vel detractionum prohibitions ac ratio-  
nes pro earundem prohibitionum vestimento, qua  
adjici solent, tibi agitur de fideicommissis perpe-  
truum, ac successivum tractum habentibus favore  
agnationis. Quartò quia in casu contraventionis  
dicti primi hæredis aliquibus ejus præceptis, voca-  
tur ipsam scemina; Et quintò super omnia atten-  
ta qualitate personarum ac bonorum. Agebatur  
enim de viro idiota inferioris ordinis, atque de ex-  
guo asse; Et sic familiæ, personarum, ac bono-  
rum qualitas præferre non videbatur istam volun-  
tatem, cum in conjecturalibus verisimilitudo sit  
conjecturarum Regina.

E converso autem pro hujusmodi contemplatio-  
ne aliud non deduciebatur argumentum nisi illud  
quod testator scemina neglexerit solum masculi-  
num instituendo; Quamvis autem istud argumen-  
tum magnificari soleat per aliquos scribentes, qui  
nihil pacifcum relinqueret voluerunt, attamen re-  
putatur levissimum, atque est passim rejectum, po-  
tissimum vero ubi adest statutum exclusivum scemi-  
narum, quoniā ita testator magis filios diligere  
voluit juxta regularem ordinem naturæ, filias dote  
providendo, non inde tamen inferri potest ad ul-  
tiores sceminas, etiam in concursu cum aliis filiis,  
& descendentiis ejusdem testatoris, multò magis  
extra omne dubium in concursu collateralium, qui  
in intestata successione etiam ex statuto prælatio-  
nem prætendere non possent, ut plenè ac ad nimiam  
satietatem cæteris relatis firmatur per Rotam in Spole-  
tana bonorum coram Corrado imp. off. post Censal. ad  
Peregr. decisione 34. & in aliis frequentissimè, quo-  
niā est conclusio, de qua hodie amplius non du-  
bitatur, sed quoniā quæstio erat de modica re,  
credo, quod concordia eam terminaverit.

In eisdem vero terminis, an sub nomine cippi  
veniant sceminae vel descendentes ex eis in una Vi-  
terbiæ pro Pelleis, consultus pro veritate, ex facti  
qualitate respondi pro compræhensione; Cum  
nam Hieronymus instituto hæredi Paulo nepote  
ex filio prædefuncto, ei sine filiis descendenti substitui-  
set Liviam & Laurentiam dicti Pauli sorores  
quibus substituit cippum domus per fideicommissum,  
atque de tempore testamenti non adescent  
aliij de familia, tam effectiva quam contentiva te-  
statoris, sed solum nepotes & pronepotes masculi  
& sceminae ex Martia ejusdem testatoris filia; Hinc  
facto seu imminentे casu mortis ultimi ex vocatis  
absque prole, orta est dubitatio, an in eo expiraret  
fideicommissum, itaut bona efficerent libera, vel  
econverso fideicommissum duraret ad favorem  
præfatorum aliorum descendentiū, & respondi  
juxta hanc secundam partem; Quamvis enim ex  
supra deductis, attentis præsertim moribus Ita-  
liae, istud vocabulum magis agnatis convenire  
videatur, Attamen id non provenit ex necessitate  
verbi seu vocabuli, sed ex præsumpta mente testa-  
toris attentis moribus prædictis seu communius  
loquendi, quod recte procedere potest, quando  
de tempore testamenti adessent agnati, in quibus  
id esset verificabile, secus autem ubi alias non pos-

set verificari, tunc enim dicta præsumptio refuta-  
re ex usu loquendi tolli videtur per aliam præsump-  
tionem, quod alias dispositio fatua fuerit, & con-  
querer intrare videtur regula resultans ex non  
seu efficacia vocabuli apti comprehendentes con-  
descendentes à testatore, vel ejus patre aut ultra  
ascendente juxta varias opiniones, de quib[us] dis-  
c[on]f[er]m[an]t, cum cippus idem significet ac tu-  
cus arboris, complexius omnium ramorum quod  
modocunque abeo ac eadem radice provenientem  
ut per Corn. conf. 26, num 5. & conf. 41, num. 8. &  
ideoque recte congruat ea que super hujus voca-  
li significatione habentur apud Par[is], ubi ipsa se  
rissime quia agebatur de testamento rudi & gallo-  
lano modo concepto à viro idiota non de facili  
cipiente vim istius vocabuli juxta legales legisla-  
tiones.

Ad quod ponderabam firmata per Rotam  
Duran. decis. 115. & 152. & in eadem Palermi an-  
versari 9. Novembris 1626. coram Caccino vobis  
verbō cippo seu truncu convenienter eriam firmatum  
earum descendentiis; Et licet id procedat in  
ribus illius regionis juxta ponderata dicta dis-  
cedenti, ac etiam in Neapolitanâ fideicommissaria  
taris dis. 34, attamen id in proprio militi vel  
tur considerabile ad effectum dignoscendi aperte  
nem vocabuli comprehendendi omnes, colla-  
solum in Italia dicto usu procedente, quando vig-  
seu militat ratio, cui ille innexus est.

## I A N U E N M V L T I P L I C I

P R O

T H O M A E T F R A T R I B U S  
D E S P I N O L I S.

R e s p o n s u m p r o v e r i t a t e .

De eadem materia, an sceminae vel con-  
descendentes veniant sub vocabulis gen-  
eralibus successorum & descendentiis  
concurso masculorum agnitorum, quo-  
ties statutum exclusivum, vel alia circu-  
stantiae contrarium suadeant.

S V M M A R I V M.

- 1 F Alli series.
- 2 De verbo succellores, quos comprehenduntur.
- 3 Successio fideicommissaria regulatur cum successione  
testatoris, etiam statutaria.
- 4 Quando etiam obstante statuto, veniant sceminae  
quomodo.
- 5 De aliis rationibus, ob quas extantibus masculis gen-  
eris non concurrant.

D I S C . XXXVI.

T homas Spinola qu. Danielis, instituto de  
nino filio, fideicommissum particulare can-

ordine primogeniture in descendencia masculina ordinavit in ejus antiqua domo ac viridario , nec non euidentē hāre dem gravavit ad applicandum loca montium sancti Georgii , quā ibi compere nuncupantur , in multiplicum sub ipsius testatoris columna usque quo pervenerint ad loca bisimile , ad quorum fructus post dictum multipicum compleatum tanquam per speciem etiam fideicommissi particularis vocavit dictum Antonium ejusque scellos , unde completo multiplico post mortem dīci Antonii , ex quo fuerunt superstites filii masculi ac feminæ , orta est dubitatio quibus dictum fideicommissum particolare conveniret.

Et cum præsupposito , quod ipsimet Antonio , statute illius Civitatis lib. 5. cap. 23. feminam exclusivo , soli masculi succederint , pro istis respondendum censui ; Licet enim verbum seu vocabulum *successores* , in latiori significacione aptum convenire omnibus etiam extraneis , ubi ex facti qualitate refringendum sit ad illos sanguinis tantum ex iis qua habentur collecta apud Fusar. quest. 339. remaneat quoque generale , & complexivum tam masculorum quam seminarum , seu agnatorum & cognitorum ; Attamen ubi adeo statutum exclusivum seminarum , ob quod casus præbeat gravato in reliqua hereditate succedere solos masculos tunc , non refragante testatoris voluntate , idem dicendum est in successione fideicommissaria , quoniam receptum est testatorem censeri cum tali ordine dispositu , statuto se conformando , juxta receptam theor. Bar. in leg. hered. mei §. cum ita f. ad Trebell. quam sequuntur communiter scribentes relati per Fu/ar. quæf. 407. num. 62. & dixit sapientia Reta præsentim decis. 508. num. 4. par. 4. divers. decis. 317. num. 16. par. 5. recent. apud Dutan. decisione 126. num. 25. cum seq. & in aliis , Et ex qua ratione idem plures respondi pro veritate consultus in diversis causis præsentim in una Parmen. fideicommissi de Taliiserris , & in aliis quas ut potè particulares circumstantias non habentes , sed cadentes simpliciter sub dicta regula non censi particulari adnotatio ne dignas.

Et quamvis in Romana fideicommissi de Vrsinis discut. sequenti , non obstante statuto Urbis contrarium ad favorem seminarum habeatur , attamen id in eo casu provenit quia concurrebat expressa vocatio masculorum ac seminarum , unde propterè , nō illa remaneret omnino fata & otiosa , videtur , quod seminarum vocatio censeatur ordine successivo , ac subsidiari post defectos masculos , quibus extantibus concursus prætendere non valeat ; Atque cum hac distinctione responderi solet auctoritatibus , quæ urgent contra feminas , ne vocata censeantur ad fideicommissa agnatio , quod scilicet id intelligitur donec extant masculi , & in eorum concursu , secus autem eis defectis , ex iis quæ certis plenè relatis ita distinguendo habentur apud Rotam decis. 133. par. 9. recent. num. 6. cum seqq. & per tot. sep. in alia canonizata.

Eoque magis in hac facti specie pro masculis respondentem censui , quoniam non solum urgebat præsumptio resultans ex Statuto ut suprà , sed etiam altera ex dicto fideicommisso particulari cum ordine primogeniture ordinato ad favorem descendenti masculorum tantum , cum una pars testamenti aliam declarat ; Ac etiam quia feminis incongrua videtur hujusmodi annuarum præstationum participatio , ex nimis commendabilibus illius Civitatis moribus introducta pro con-

servando decore familiarum , cum feminæ provideri tolent cum dote , quæ in specie vel quantitate unica vice præstata est in sorte , Ac etiam ponde rando magis communem dictæ Civitatis usum super hujusmodi distributionibus , de quibus etiam suprà disc. 3. ita quoque remenantibus feminis provis , quando cessantibus aliis bonis liberis eorum quibus donationis onus prius incumbit , intret subsidiarium remedium auth. res quæ C. com mun. de legat. de cætero enim principale intentum videtur prospicere decori agnationis & familiæ

## ROMANA FIDEICOMMISSI DE VRSINIS.

PRO

CREDITORIBUS HENRICI

&amp;

FRANCISCI DE VRSINIS.

CVM

ISABELLA etiam DE VRSINIS.

Casus decisus per Rotam pro Isabella.

De eadem materia concursus seminarum cum masculis ordine successivo vel simultaneo , Et ubi per statutum successio solis masculis delata est exclusis feminis seu alias ex testatoris voluntate intrat masculorum prælatio , An masculis defectis , feminæ succedant in totum , vel solum in portione in qua successissent si fuissent masculi tanquam per speciem reinteg rationis.

## SUMMARIUM.

- 1 Fatti series.
- 2 Resolutiones causa.
- 3 Quod fideicommissum fieri possit per contractum.
- 4 Ample legitimati per Principis rescriptum , in omnibus habentur pro legitimis veris , & quando intret difficultas.
- 5 Quando aliquod onus censatur adjectum , tanquam conditio , vel tanquam modus , & de effectibus ex una , vel altera specie resultantibus.
- 6 De feminis per statutum à masculis exclusis , an ad earum portionem defectis masculis , reintegrentur.
- 7 Vocatis masculis & feminis , de jure omnes veniunt simultaneæ , sed ubi adeo statutum exclusivum seminarum iste veniunt per posterius.
- 8 Dos seminarum ex Authentica res quæ extrahenda à fideicommisso non potest excedere virilem.
- 9 Quando non intret reintegratio seminarum , vel iste succedant in toto , etiam in portionibus masculorum.

DISC.